

311

457

# CONCLVSIONES

M E T A P H Y S I C A E.

Quæstio disputanda.

*An diuina perfectiones mutuo inter se formaliter inclusa vir-  
tualem distinctionem sortiantur?*

PRÆERIT P. GEORGIUS CABRAL,  
E Societate IESV.

Tuebitur Lopo Dabreu ex eadē Societat. integro die Saturni 17. Mar.



C O N I M B R I C A E.

*Ex Officina Didaci Gomez Loureyro Academia  
Architypographi.*

---

Cum facultate Inquisitorum, & Ordinarij, Anno 1607



## CONCLUSIO PRIMA.



Ornamentis conceptui vnus obiectiuus nō re, sed ratione præcisus adæquate correspondet; per mutationē expressi conceptus in confusum præscinditur: vice versa ad inferiora determinatur; licet ens sub ea abstractione cōsideratū modos, quibus diuiditur actu non includat, obiectiuū tñ conceptus inferiorum in plures virtute distinctos resolui nequeunt. Duplicē vendicat analogiā, per attributionē. s. & proportionem: hanc illa semper antecedit: quauis materialiter interdum coincidunt, formaliter tamen distinguuntur. Vtraque ex inæquali habitudine ipsius entis ad particularia dimanat. Tres duntaxat passiones enti attribuitur: quarum vnitas reliquis naturæ ordine, veritas bonitatem præcedit; ipsi nihil addum positiuum, & intrinsecum nec ratione distinctum: entitatem non dicunt de formali sed negationē, vel respectum ad aliquid extrinsecum. Triplicē tantum vnitatem, sicut triplex distinctionis genus recognosco; virtualis est

illa, quæ inter gradus metaphysicos reperitur, vt detur, pluritatem formalium cognitionū non requirit: nū ab intellectu diuino effingi queat, optio datur arguenti, si ipsam efformet, non decipietur. Vnitas transcendens, cui diuisio in se adæquatē opponitur, cū numerica conuertitur, & per modū priuationis consideratur.

## CONCLUSIO II.

**T**heologus naturalis ens increatū præcipuē contemplantur, quod sit vnicū, actus purus, & omnino simplex tum à priori, tum à posteriori demonstrat: euentem de ipso, quoad an est, cognitionē acquiris; Species tamen naturalis clare Deum representans omnino repugnat, quæ repugnantia, ex defectu potentie, obiectiq; improportione adæquatē oritur. Supernaturale tamen intuitiuam, non verò abstractiuā admittimus, nulli intellectui etiam creabili connaturalis esse potest: partiale duntaxat principium respectu visionis beatificæ censetur; Ad illā vt ad formam naturalem appetitum ne incompletum quidē in homine agnosco, secus dicendum, si tanquam obiectum accipiat. Proprium Deitæ conceptum, tam complexum, quam incomplexum efformare possumus, qui speciem memoratiuā post se reelinquet. Primi entis attributa nullo termino finiuntur, alia sunt positiua, alia negatiua, hæc de formali negationē, de cōnotato verò perfectionem positiuam ab alijs virtualiter distinctam inuoluunt, ipsius Dei quidditatem intimē ingrediuntur: An inter se mutuò formaliter includatur, & si concedatur, adhuc inter ipsa virtualis distinctio intercedat, pro arguentis arbitrio decidatur.

## CONCLUSIO III.

**D**iuina scientia in naturalem ac liberam bipartitur: naturalis est Deo essentialis, primario ad substantiā diuinam, secundo ad creaturas posibles terminatur; in ordine ad primarium obiectum intuitiuam & contemplatiuam, in ordine ad secundariū abstractiuam, ac practicam nuncupatur; Prius enim Deus se ipsum speculatiuē quam practicē seu qua exemplar cognoscit. Creaturæ tamen posibles prius à practica, quā à contemplatiua notitia attinguntur. Libera, quæ solum per denominationē ab obiecto libero talis appellatur, intuitiuam, & conditionatam cōprehendit, qualibet Deus carere potuit, non tamen omni: vtrinq; naturalis antecedit, illarūq; obiecta omnino exhaurit; non omnia tamen, quæ cōditionata attingit, absoluta cognoscit. An verò hæc aliquid percipiat, quod ab illa non apprehendatur, disputationi committo. Ex diuino intellectu, qui deitatem in certo gradu reponit perfectissimam in Deo dari voluntatem à priori demonstratur: Eodē indiuisibili actu, quo primarium obiectum amat, ad secundariū absq; ulla reali augmento liberè, vel necessario iuxta ipsius obiecti capacitatem extenditur; quauis ab æterno tendentiam actus ad obiectum liberū sine ulla mutatione cohibere posset, si tamen aliquid in tempore vellet, aut cognosceret, physicè mutaretur.

## CONCLUSIO. IIII.

**E**x quolibet effectu diuina potentia metaphysico innotescit, quidquid non implicat contradictionem, in obiecto eius adæquato coerceatur; vt sic potentia præcedit, licet qua possibile subsequatur; ab obiecto ipsa non pendet, nec ad illud entitatiuē ordinatur, sed necessariam causalitatis connexionem cum illo habet. Præcipua diuine potentie actio est creatio, ita Dei propria, vt nulli creaturæ (etiam vt instrumēto) connaturalis esse possit: num ad illam eleuari queat, licet affirmatiua pars arrideat, oppositam etiā defendemus. Ens reale in actuale, & potentiale cōmuniter diuiditur: illud à potēiali per suammet entitatē distinguo, quauis essentiam ab existentia modaliter separem. Essentia possibilis reale esse vendicat, ac positiuum: diuinam tamen potentiam non actu causantem respicit, sed potentem causare, ad quam vt sic transcendentalē habet habitudinem, ab illaq; esse possibile fortitur. Creaturæ esse eminentiale in Deo obtinent, quod ab ipsius Dei entitate nec virtute separeo: idem de potentia diuina asseuerandum.



CONCLUSIO V.

**D**ecem prædicamentorum classes totam entis latitudinē (Deo excepto) cōprehendunt: in quibus etiam Christus Dominus sedem obrinet. Ens finitū in substantiam, & accidens analogicē distribuitur; omnis substantia quolibet accidente etiā supernaturali nobilior censetur; substantiam per suammet entitatē subsistentem, aut operantem, si diuina excludatur, fictitiā duco, an aliqua ex forma, & materia, coalescere queat, & vtrum, si detur, corruptibilis foret, disputanti cōmitto. Eandem numero naturam pluribus terminari subsistētis nulla vetat implicatio; humanitas Verbo vnita ad propriam inclinatur subsistentiā, quæ cum natura diuisibili diuisibilis, cum indiuisibili indiuisibilis existit; à generante fiat, an resultet à natura, disquiratur. Substantia volitiua, & non intellectiua, aut è contra prorsus implicat, sicut potentia libera, quæ simul actiua, & passiua non sit. Voluntas creata, in qua libertas formaliter inuenitur, nec quoad speciē, nec quoad exercitium libera censetur, nisi in obiecto, & actus exercitio aliqua mali ratio appareat quoad actus ab ipsa elicitos cogi nequit, quamuis de imperatis aliter sentiendum.

CONCLUSIO VI.

**V**oluntas à se ipsa quoad exercitium, à diuina voluntate quoad indiuiduationem actus (salua libertate) determinatur: absque præuia intellectus cognitione operari nequit; si apprehensiuā tantum præcedat, per actum complacentiæ non verò efficacem in obiectum feretur. Materialis notitia, nec diuinitus voluntatē ducere valet; vtrū intellectiua sensitiua appetitui sufficiat, quæstio esse potest, quæ pro vtriusque parte discutitur. Habitus per actus, & obiecta discriminantur: potentia solum immanens, & aliquo modo indifferens, eorum capax censetur; à quolibet actu proporcionato etiam remisso quoad substantiam effectiue producuntur. Dari habitus supernaturales sola fides testatur, inter se physice non contrariantur; actibus esse præstantiores non dubito; vnde solum per ipsos meritorie accrescunt, & demeritorie corrumpuntur; potentia, quibus insunt, non tantum facilitatem, sed etiam potestatem ab illis mutuuntur: secus de naturalibus sentiendum.

CONCLUSIO VII.

**H**abitus simul cum potentia, cui inherent, ad substantiam actus effectiue concurrunt, dummodò in natura sint similes ipsi, à quibus geniti sunt, vel in eis virtute continentur; illi tamen gradus, quibus actus habitum excedit, ab ipsa tantū potentia gignuntur: vnde duplex actio numericē distincta in actu reperitur. Scientia cōmuniter sumpta in practicam, & speculatiuam adæquatè, & essentialiter distribuitur, quæ quidem non ex fine addiscentis, sed ex obiecto formali, & fine ipsorum intrinseco discrimen sortiuntur; Habitus duntaxat supernaturales, & actus adæquatè practici, & speculatiui esse possunt, quod naturalibus denegatur. Omnis praxis suapte natura libera censetur: vnde si Deus omnia necessariò efficeret, nec intellectum, nec voluntatem habiturum opinamur; opus, quod notitia practica dirigit, esse debet factibile ab eo, qui talem notitiam habet. Species obiectorum representatiuæ sunt, secus tamen in habitibus philosophandis, quamuis actus indicatiui representent.

CONCLUSIO VIII.

**P**ræter vulgaria decem prædicamenta aliud non assignabitur. Substantiā completam non actiuam, aut completam materialem quantitatis, & compositionis physice expertem non admitto; completa corpus, & spiritum adæquate comprehendit; aliam intermediam, fictitiā puto. Angelos esse hominibus essentialiter nobiliores nemo ambigit; sub qualibet eorum specie plura indiuidua collocantur; infallibiliter, ac sine discursu futuræ extrinsecè contingentia percipiunt, libera tamen quamuis præsentia prorsus ignorant. Potentiam motricem ab intellectu, & voluntate realiter distinctam sortiuntur: nihil præter localem motū, vel impulsū gignere possunt: num motus localis à motiua ipsorum potentia, an ab impulsu immediate oriatur; quæstioni trado; loco per se mouentur, & vbi acquirunt diuisibile, si spatio diuisibili, & indiuisibile, si indiuisibili correspondeant, quæ inter se specificè distinguuntur.

CONCLUSIO IX.

**R**ationem formalem accidentium, quæ subiecto intrinsecè inherent, aptitudinalis, non verò actualis in herentia ingreditur: hanc esse unionē cum ipsi identificatam nullus inficiabitur, per quam subiecto copulantur, & ab illo materialiter dependent, vtrū actio, per quam educuntur, hoc munus præstare possit, haud improbabile iudicamus. Forma intēsbilis partes vendicat, in quarum augmento, & decremento per ordinem ad eandē subiecti partē intensio, ac remissio essentialiter consistit, quæ duntaxat qualitates non tamen omnes cōmittantur; vnde quantitas, & substantia nec diuinitus intēdi queunt. Partes intensiuæ, ac extensiuæ eiusdem formæ ex natura rei non distinguuntur, idem de motibus, quibus acquiruntur, asseuerandum puto. Nullus modus coniunctionē actualē cum subiecto essentialiter includit; in herentiam esse complementum accidentis, anceps quæstio, quæ pro vtriusque parte ventiletur.

Quæstionem dirimit secunda Conclusio.



CONCLUSIO V.

Deum esse immensum... immensum est quod non habet terminum in seipso... immensitas est quod non habet terminum in seipso... immensitas est quod non habet terminum in seipso...

CONCLUSIO VI.

Deum esse simplicem... simpliciter est quod non habet partem in seipso... simpliciter est quod non habet partem in seipso... simpliciter est quod non habet partem in seipso...

CONCLUSIO VII.

Deum esse unum... unum est quod non habet numerum in seipso... unum est quod non habet numerum in seipso... unum est quod non habet numerum in seipso...

CONCLUSIO VIII.

Deum esse eternum... eternum est quod non habet tempus in seipso... eternum est quod non habet tempus in seipso... eternum est quod non habet tempus in seipso...

CONCLUSIO IX.

Deum esse omnipotentem... omnipotens est quod non habet potentiam in seipso... omnipotens est quod non habet potentiam in seipso... omnipotens est quod non habet potentiam in seipso...

Questionem deinde sequens Conclusio.